Ceteri, *æ*, *a;* mihi hoc negotî ceteri dedere, Eu. 544. — ceteri quidem amici omnes, Ph. 623. — non postulat sua causa excludi ceteros, Eu. 481. — fallere ceteros, Ad. 56. — ceteros ruere, agere, rapere, tundere, et prosternere, Ad. 320. — pisces ceteros purga, Ad. 377. — nolim ceterarum rerum te socordem eodem modo, Ad. 699. — quia tum mihi lamentari præter ceteras visa est; et quia erat forma præter ceteras honesta et liberali, A. 121, 122. — quum ego vos solvi curis ceteris, He. 230. quam fortunatus ceteris sum rebus, He. 601. — si cetera sunt ita, ut vis, He. 604. — horum ille nihil egregie præter cetera studebat, A. 58. — patriam et signa cetera neque sciebat, Eu. 112. — jube parari cetera, Ad. 286. — tu conjicito cetera, Ph. 166. — intus cetera audies, Ph. 764.

Ceterum, vel *Cæterum;* ceterum de exclusione verbum nullum, Eu. 87. — ceterum idem hoc tute melius quanto invenisses, Thraso ! Eu. 452. — ceterum equidem istuc, Chreme, æqui bonique facio, Hea. 787. — ceterum hoc nihil facis, Ad. 168. — ceterum, placet tibi factum, Micio ? Ad. 740. — ceterum rus cras cum filio, cum primo lucu ibo hinc, Ad. 844. — ceterum de reducenda id facias, quod in rem sit tuam, He. 391. — ceterum posthac, si quidquam, nihil precor, Ph. 141. — ceterum quum argentum repetent, Ph. 693.

Chærea; heus ! heus ! tibi dico, Chærea, inquit. Restiti, Eu. 337. — Chæream ei rei præfecimus, Eu. 540; et passim alibi, in Eun.

Charinus; modo iste homo quam villam demonstravit Charini ? Hea. 732. — Charinum video. Salve, A. 319. — quæso, ædepol, Charine, A. 306.

Chremes; venit Chremes postridie ad me clamitans, A. 144. — nullon' ego Chremetis pacto affinitatem effugere potero? A. 247. — puerum inde abiens conveni Chremis, A. 369. — exsequias Chremeti, quibus est commodum, ire, hem! tempus est, Ph. 1025. — ego me continuo ad Chremem, A. 362. — hanc simulant parere, quo Chremetem absterreant, A. 473. — per ego te Deos oro, Chreme, ut me adjuves in hac re, Ad. 539, et passim alibi.

Chrysis; Chrysis vicina hæc moritur, A. 105. — sororem esse aiunt Chrysidis, A. 124. — dic sodes, quis heri Chrysidem habuit? A. 85. — metui a Chryside, A. 106, et passim alibi.

Cibus; viden', cibus quid faciat, alienus ? Eu. 265. — avidæ cibi, Eu. 937. — deducunt cibum, Eu. 937. — cibum nonnunquam capiet cum ea, Eu. 315. — cibum una capias, Eu. 368. — e flamma petere te cibum posse arbitror, Eu. 491. — unde mihi peterem cibum, Hea. 980.

Cicatrix; neque pugnas narrat, neque cicatrices suas ostentat, neque tibi obstat, Eu. 482.

Cilicia; iter Nostro in Ciliciam, Ph. 66.

Circuitio; nihil circuitione usus es, A. 202.

Circum; paucæ, quæ circum illam essent, Eu. 581. — capillus circum caput rejectus negligenter, Hea. 290.

sic cogitet, Eu. 14. — nunc si quis est, qui hoc dicat, aut sic cogitet, Ph. 13. — peregre rediens semper cogitet, Ph. 243. — cœpi aliam rem ex alia cogitare, Eu. 631. — occepi mecum cogitare, Eu. 636. — quantum ille potuit cogitare commode, Hea. 14. — ubi video hæc, cœpi cogitare, Hea. 128. — hæc si voles in animo vere cogitare, Ad. 822. — ne esset spatium cogitandi ad disturbandas nuptias, A. 182.—ita sum irritatus, animum ut nequeam ad cogitandum instituere, Ph. 240. — non potuit cogitata proloqui, Ph. 283.

Cognata; quî cognata tibi sit, Ph. 130. — verum si cognata est maxume, Ph. 295. — quî mihi cognata ea esset, dicerem : itidem tu face. Cedo, quî est cognata? Ph. 397, 398. — itidem ut cognata si sit, Ph. 409. — quid illa altera, quæ dicitur cognata? Ph. 754. — negat Phanium esse sibi cognatam Demipho? Hanc Demipho negat esse cognatam? Ph. 352, 353. — cognatam comperi esse nobis, Ph. 800. — cave, ne in cognatam pecces, Ph. 802. — tum tuas amicas te, et cognatas deserere nolo, He. 592.

Cognatus; tum is mihi cognatus fuit, qui eum recepit, A. 928. — mihi cognatus erat, Ad. 495. — dum cognatus huc illinc veniret, Ad. 677. — Hegio his est cognatus proxumus, Ad. 951. — interea in Imbro moritur cognatus senex horunc, He. 171. — neque illi benevolens, neque notus, neque cognatus aderat, Ph. 90. — neque mihi cognatus fuit quisquam isthoc nomine, Ph. 391.—tu mihi cognatus, tu parens, tu amicus, Ph. 495. — cognato hujus rem omnem narrato ordine, Ad. 352. — habeo hic neminem, neque amicum, neque cognatum, Eu. 148. — patris cognatum, novistin'? Eu. 327. — ego te cognatum dicam, Ph. 127. — Narrabat, se hunc negligere cognatum suum, Ph. 366. — qui cognatum me sibi esse diceret, Ph. 381. — inopia et cognatorum negligentia coacta, A. 71. — amicos, genus, cognatos, divitias, Hea. 194.

Cognitio; inde est cognitio facta, He. 832. — ibo intro, de cognitione ut certum sciam, Eu. 920.

Cognosco; non cognosco vestrum tam superbum, Eu. 1065. — dum ea, quæ loquitur, magis cognosco? Ph. 736. — amabo! quid ait? cognoscitne? Ch. Ac memoriter, Eu. 914. — te interea loci cognovi, Eu. 127. —sed postquam aspexi, ilico cognovi, Hea. 657. — postquam introii, ejus morbum cognovi miser, He. 373. — tandem cognosti qui siem, A. 588.— ipse se, et illam, et hanc, quæ domi erat, cognovit satis, He. 162. — eum hæc cognovit Myrrhina in digito modo me habentem, He. 831. — alias cognostis ejus : quæso hanc nunc noscite, He. 8. — eo pacto et gnati vitam, et consilium meum cognosces, A. 50. — rem cognosces, He. 291. — adeste æquo animo, et rem cognoscite, A. 24.—adeon' homines immutarier ex amore, ut non cognoscas eumdem esse? Eu. 226.— in ea re utilitatem ego faciam ut cognoscas meam, Eu. 309. — ne quis me cognosceret, Eu. 846. — haud istuc dicas, si cognoris vel me, vel amorem meum, A. 654. — hæc, dum incipias, gravia sunt: dumque ignores : ubi cognoris,

facilia, Hea. 1061. — unum cognoris, omnes noris, Ph. 265. — mature ut quum cognorit, perpetuo oderit, Eu. 932. — ubi hoc cognoverit, non posse se mecum esse, He. 155. — rem ubi cognoverint, He. 792. — æquum est vos cognoscere, atque ignoscere, Eu. 42. — dic, te parvam virginem amisisse: nunc cognosse: signa ostende, Eu. 766.—cognosse annulum illum Myrrhinam gnatæ suæ fuisse, He. 812. — cognoscendi locus, Hea. 228. — in cognoscendo tute ipse aderis, Chærea, Eu. 892. — cognita est, quantum audio hujus verba, Hea. 682. — ubi sunt cognitæ, placitæ sunt, He. 20. — ut neque spectari, neque cognosci potuerit, He. 3.

Cogo; jubeo, cogo, atque impero, Eu. 389. — nam cogis ea, quæ nolo, He. 674. — res cogit denegare, A. 635. — quod vos jus cogit, id voluntate impetret, Ad. 491. — si puerum, ut tollam, cogit, He. 571. — huic leges cogunt nubere hanc, Ad. 656. — quasi talenta ad quindecim coegi, Hea. 146. — invitus feci: lex coegit? Ph. 236. — etiamne id lex coegit? Ph. 238. — quid? si ego tibi illam nolo vendere, coges me? Ad. 194. — etsi scio ego, Philumena, meum jus esse, ut te cogam, He. 243.— hoc quî cogam, re ipsa repperi, Ph. 888. — cogas, ut cum illa una cubet, Ad. 855. — si nolit, quin eum merito possim cogere, A. 532. — nec te quivit hodie cogere, illam ut duceres, A. 656. — vi cœpi cogere, He. 268. — hac re in angustum oppido nunc meæ coguntur copiæ, Hea. 669. — tu coactus tua voluntate es, A. 660. — coactus legibus eam uxorem ducet, A. 782. — malo coactus qui suum officium facit, Ad. 69. — sinam coactum egestate ingenium immutarier? A. 275. — vi coactum te esse invitum, lege, judicio. Tenes? Ph. 214. — tum coacti, necessario se aperiunt, A. 634. — negligentia coacta, A. 72. — coacta ingratiis, Hea. 446.

Cohæreo; non cohærent, A. 362.

Cohibeo; non tu te cohibes? Hea. 920.

Coitio; prima coitio est acerrima Ph. 346.

Colaphus; plus quingentos colaphos infregit mihi, Ad. 200. — colaphis tuber est totum caput, Ad. 246.

Colax; Colax Menandri est: in ea est parasitus Colax, Eu. 30. — Colacem esse Nævi et Plauti, veterem fabulam, Eu. 25.

Collacrymo; nonnunquam collacrymabat, A. 109.

Collaudo; collaudavi (te) secundum facta et virtutes, Eu. 1089. — collaudavit filium, Ad. 368. — an fortunam collaudem, quæ gubernatrix fuit? Eu. 1045.

Collibet; si quid (tibi) collibuit, novi te, Eu. 1055.

Colligo, are; colligavit primum eum miseris modis. Pa. Hem! colligavit? Eu. 982, 983.

Colligo, ere; faciam, ut stipulam colligat, Ad. 852.

Colloco; deinde eam in lectum illæ collocant, Eu. 593. — amici quoque res in tuto ut collocetur, Hea. 689, 695. — offendi adveniens, quîcum volebam, collocatam filiam, Ph. 758.

Collocupleto; tu interea loci collocupletasti te, Antiphila, Hea. 258.

Colloquor; salvus sum, si hæc

vera sunt; colloquar, A. 976. — ea est ipsa : colloquar, Ph. 738. — colloquetur : aderit una in unis ædibus, Eu. 366. — opperiar hominem hic, ut salutem, et colloquar, Ad. 447. — quæso ut liceat, convenire et colloqui, Eu. 467. — datum erat spatium ut colloqui mecum posset, He. 131.

Colo; forma impulsi nostra, nos amatores colunt, Hea. 389. — is nostro Simulo fuit summus, et nos coluit maxume, Ad. 353. — usque dum ille vitam illam colet inopem, Hea. 136. — tamen ut pietatem colam, He. 447. — familiam colere, adjuvare, adjungere, Ad. 931. — ibi agrum de nostro patre colendum habebat, Ph. 365.

Color, oris; num ejus color pudoris signum indicat? A. 880. — qui color, nitor vestitus, quæ habitudo est corporis! Eu. 242. — color verus, corpus solidum, et succi plenum, Eu. 318. — hic est vetus, vietus, veternosus, senex, colore mustellino, Eu. 689.

Columen; bone custos, salve: columen vero familiæ, Ph. 287.

Comedo; quid comedent? quid ebibent? Hea. 255. — hunc comedendum et deridendum vobis propino, Eu. 1086.

Comes; Memini, ad me nocte prima confugere sine comite, vini plenum, He. 824. — comites secuti scilicet sunt virginem? Eu. 346. — comitum conventus, He. 35. — ei unam cœnam atque ejus comitibus dedi, Hea. 455.

Comis; ego illo usa sum benigno, et comi, He. 838.

Comiter; patiemur fieri miserum, qui me dudum, ut dixti, adjuverit comiter? Ph. 536.

Commemini; ego, si satis commemini, Ph. 522. — sic commemineram, Eu. 564.

Commemoratio; nam isthæc commemoratio quasi exprobratio est immemoris beneficii, A. 43.

Commemoro; cui dem, et quamobrem dem, commemorabo, Ph. 714. — quid commemorem primum, aut laudem maxume? Eu. 1043. — quid ego nunc commemorem, Demipho? 1030.

Commendo; ego me tuæ commendo et committo fidei, Eu. 885. — vobis commendo Phanium, et vitam meam, Ph. 218. — commendat virginem. AN. Cui? tibine? CH. Mihi, Eu. 577. — cui commendavi filium hinc abiens meum, Ph. 288. — Thais patri se commendavit in clientelam et fidem, Eu. 1038. — ille tibi moriens nos commendavit senex, Ad. 458.

Commenta est. Vid. *Comminiscor.*

Commentum; ipsis commentum placet, A. 225.

Commeo; huc raro in urbem commeat, He. 175. — commeare ad mulierculam, Hea. 444.

Commereo, Commereor; Quid feci? quid commerui, aut peccavi, pater? A. 139. — quæ exopto mihi, ut nunquam sciens commerui, He. 580. — ah! nullam de his rebus culpam commeruit tua, He. 631. — arbitrabitur te commeruisse culpam, Ph. 206. — nunquam quidquam erga me commerita est, pater, He. 486.

Commigro; ex Andro commigravit huc viciniæ, A. 70. — neque diu huc commigrarunt, Ad. 653.

Comminiscor; hujusmodi res semper comminiscere, Hea. 812. — quid agam? aut quid comminiscar? Hea. 674. — aliquid tulisse comminiscentur mali, He. 333. —

missatorem haud sane commodum, Ad. 787. — mulier commoda et faceta hæc meretrix, Hea. 521. — quot commodas res attuli! He. 818. — si id non commodum est, ut redeat, Eu. 502. — si commodum est; apud me sis volo, Hea. 161. — dabitur a me argentum, dum erit commodum, Ad. 119. — quod erit mihi bonum, atque commodum, Ph. 131. — exsequias Chremeti, quibus est commodum, ire, hem! tempus est, Ph. 1025. — hoc et vobis, et meæ commodum famæ arbitror, He. 585. — commodiorem hominem, adventum, tempus, non vidi, A. 846. — commodius esse opinor duplici spe utier, Ph. 602. — sic pol commodius esse in omnes arbitror, Ph. 813.

Commoneo; aliorum exempla commonent, A. 814. — ut neque amor, neque pudor commoveat, neque commoneat, ut servem fidem? A. 280.

Commonstro; quod peto, et volo, parentes meos ut commonstres mihi, Hea. 1029. — hominem commonstrarier mihi istum volo, Ph. 305.

Commorior; eam Commorientes Plautus fecit fabulam, Ad. 7.

Commoror; quid illic tam diu igitur commorabare? Ph. 572.

Commoveo; commovi, A. 457. — commorat omnes nos, Ph. 101. — pol ego istos commovebo, Hea. 730. — neque amor, neque pudor commoveat, neque commoneat, ut servem fidem? A. 280. — neque commovetur animus in ea re tamen, A. 94. — in hac commotus sum, Eu. 567. — animus commotus est metu, A. 939. — quidnam ille commotus venit? Ph. 184. — ego jam te commotum reddam, A. 866.

Communico; nonne prius communicatum oportuit? A. 239.

Communis, e; pernicies communis adolescentium, Ad. 189. — communis corruptela nostrûm liberûm, Ad. 797. — animo communi esse, Hea. 913. — vitium commune omnium est, quod, Ad. 957. — id oro te, in commune ut consulas, A. 549. — et hæc, communia omnium quæ sunt patrum, He. 117. — communia esse amicorum inter se omnia, Ad. 808. — communia esse hæc, Ph. 245.

Commuto; ubi satias cœpit fieri, commuto locum, Eu. 972. — tria non commutabitis verba hodie inter vos, Ph. 637. — crede, nunquam hodie tecum commutaturum patrem unum esse verbum, A. 411.

Como; dum comuntur, annus est, Hea. 240.

Comœdia; Συναποθνήσκοντες Diphili comœdia est, Ad. 6. — ex integra Græca, integram comœdiam hodie sum acturus, Hea. 5. — adporto novam, Epidicazomenon quam vocant comœdiam Græci, Ph. 26. — posthac quas faciet de integro comœdias, A. 26. — placet, non fieri hoc itidem, ut in comœdiis, He. 867.

Comparco; quod ille unciatim vix de demenso suo, suum defraudans genium, comparsit miser, Ph. 44.

Comparo; an potius ita me comparem, non perpeti meretricum contumelias? Eu. 47. — quod donum huic dono contra comparet, Eu. 351. — aurum, atque vestem, quî, tenesne? Ch. Comparet? Sy. Id ipsum, Hea. 778. — des quî aurum, ac vestem, atque alia, quæ opus sunt, comparet, Hea. 856. — atque ex incommodis alterius

giportum hoc proximum, Ph. 890. — concede ad dexteram, A. 753. — concede istuc paululum, Eu. 705. — tu concede paullum istuc, Eu. 1067. — concede hinc domum, Hea. 510. — concede hinc a foribus, Ph. 740. — biduum, saltem ut concedas, solum, Eu. 182. — concedas hinc aliquo ab ore eorum, Hea. 572. — si nunc de tuo jure concessisses paululum, Ad. 218. — huc concessero, Hea. 174. — tempus est concedere, He. 597. — rus habitatum abii, concedens vobis, He. 224. — dic filiæ, rus concessuram hinc Sostratam, He. 629. — pollicita est ea, se concessuram ex ædibus, He. 679.

Concertatio ; nunquam vidi iniquius concertationem comparatam, Ad. 213.

Concerto ; quid istuc est, quod te audio, nescio quid concertasse cum hero? Ad. 212.

Concieo ; disperii! scelestus quantas turbas concivi insciens! Hea. 972. — fortasse unum aliquod verbum inter eas iram hanc conciverit, He. 313.

Concilio ; exeo ergo, ut pacem conciliem, Hea. 1048. — prodi, male conciliate, Eu. 669.

Conclamo ; jam conclamatum est, Eu. 348.

Conclave ; est mihi in ultimis conclave ædibus quoddam, Hea. 903. — virgo in conclavi sedet, Eu. 583.

Concludo ; tot me nunc rebus miserum concludit pater, He. 702. — quæ tot res, tantas, tam opportune in unum conclusit diem? Eu. 1046. — nam me jam in cellam aliquam cum illa concludam, Ad. 554. — nam illum aliquo conclusissem, Eu. 667. — ut huc concludar, A. 387. — conclusam hic habeo uxorem sævam, Ph. 743.

Concordo ; si concordabis cum illa, Ph. 433.

Concors ; credo ea gratia concordes magis fore, He. 617.

Concrepo ; concrepuit a Glycerio ostium, A. 684. — sed ostium concrepuit! He. 521. — sed ostium concrepuit abs te, Ph. 839.

Concubo ; nam aiunt tecum post duobus concubuisse eam mensibus, He. 393.

Concurro ; multa concurrunt simul, A. 512. — concurrunt læti mi obviam cupedinarii omnes, Eu. 256. — concurrunt multæ opiniones, Hea. 232. — tot concurrunt verisimilia, Ad. 630.

Concutio ; qui templa cæli summa sonitu concutit, Eu. 590.

Condecoro ; potestas condecorandi ludos scenicos, He. 45.

Conditio ; quæ placita est conditio, He. 241. — accepit conditionem, A. 79. — hanc conditionem si cui tulero extrario, Ph. 578. — harum duarum conditionum nunc utram malis, vide, Hea. 326.

Condono ; argentum quod habes, condonamus te, Ph. 946. — habeo alia multa, quæ nunc condonabitur, Eu. 17.

Conduco ; navem conductam, hoc scio, Ad. 226.

Conduplico ; idem hoc tibi, quod bene promeritus fueris, conduplicaverit, Ph. 515.

Confabulor ; si quando ad eam accesserat confabulatum, He. 182.

Confero ; suum animum alio conferunt, Hea. 390. — conferunt consilia adolescentes, Hea. 473. — vixque (animum) huc contuleram, He. 298. — ne post conferas cul-

— quantum ex ipsa re conjecturam cepimus, Hea. 266. — ego de me facio conjecturam, Hea. 574.

Conjicio (Suspicor); annos sexaginta natus es, aut plus eo, ut conjicio, Hea. 63. — tu conjicito cetera, Ph. 166. — nequeo satis mirari, neque conjicere, Eu. 547.

Conjicio (Jacio); in nuptias conjeci herilem filium, Ad. 470. — in quod me conjeci malum? He. 132. — qui me hodie ex tranquillissima re conjecisti in nuptias, A. 622. — continuo hic se conjecit intro, Hea. 277. — ne me in lætitiam frustra conjicias, Hea. 292. — ne me in breve conjicias tempus, He. 843. — hinc me conjicerem protinus in pedes, Ph. 191. — si omnes hunc conjectum in nuptias inimici vellent, A. 668.

Conjugium; conjugio liberali devinctus, A. 562.

Conjuratio; quæ hæc est conjuratio? He. 198.

Conor; at ego obviam conabar tibi, Dave, Ph. 52. — scio quid conere, A. 705. — si sensero hodie quidquam in his te nuptiis fallaciæ conari, A. 197. — hem, egone istuc conari queam? A. 270. — conari manibus, pedibus, noctesque et dies, A. 678.

Conqueror; neque voce alia, ac res monebat, ipsa poterat conqueri, He. 375.

Conscindo; vestem omnem miseræ discidit: tum ipsam capillo conscidit, Eu. 646. — virgo conscissa veste lacrymans obticet, Eu. 819.

Conscius, a, um; parturire eam, neque gravidam esse ex te, solus conscius, He. 392. — quî tam audacis facinoris mihi conscius sis? Ph. 156. — ubi comperi ex iis, qui ei fuere conscii, Hea. 121. — ego, pol, quæ mihi sum conscia, hoc certo scio, Eu. 199. — ego conscia mihi sum, Ad. 349.

Consector; est genus hominum, qui, etc. hos consector, Eu. 249.

Consentire; ne nos inter nos consentire sentiant, Hea. 511.

Consequor; ego consequor, Hea. 277. — recta consequor, He. 372. — mater consequitur, He. 378. — eam consequitur alienus puer, He. 649. — Bacchis consecuta est illico, Hea. 906. — quæ consecuta est nox, He. 137. — matrem ipsam mors consecuta est, Ph. 749. — sed quam cito sunt consecutæ mulieres, Hea. 375. — consequar jam te, mea mater, He. 358. — hasce ornamentis consequentur alteræ, Hea. 837. — necesse est consilia consequi consimilia, Hea. 209.

Conserva; summa forma conservam domi videbit, Eu. 366. — conservam esse credidi. Py. Conservam! Eu. 857, 858.

Conservo; conservasti te, atque illam, Hea. 653. — conserva, quære, parce, Ad. 817.

Conservus; conservis ad eumdem istunc præcipio modum, Ad. 425.

Considero; in animo vitam tuam considero, Hea. 385.

Consilium; consilium illud rectum est, Eu. 783. — non est consilium, pater, He. 494. — hoc vostrum consilium fuit, Ph. 933. — sceleratus Davus si quid consilî habet, A. 159. — quid cum illo consilii captet, A. 170. — neque pol consilii locum habeo, A. 321. — reviso quid captent consilii, A. 405. — quum intellexeras, id consilii capere, A. 519. — nulli consilii sum, A. 610. — neque, quid nunc consilii capiam, scio, Eu. 866. — pectore consistere nihil

verticulum, constiti, Eu. 635. — otiose nunc jam illico hic consiste, Ad. 157. — pectore consistere nihil consilii quit, Ad. 616.

Consobrinus ; Phania, consobrinus noster, He. 459.

Consolor ; quid consolare me? He. 293. — illam miseram consolare, Ph. 564. — istam, quod potes, fac consolere, Ad. 514. — aut consolando, aut consilio, aut re juvero, Hea. 86.

Conspectus ; tuum conspectum fugitat, Hea. 434. — scio, iis fore meum conspectum invisum hodie, He. 789. — ipsum gestio dari mihi in conspectum, Ph. 261. — itane patris ais conspectum veritum hinc abisse? Ph. 315. — neque mihi in conspectum prodit, Ph. 443. — illam e conspectu amisi meo, Eu. 293. — fugere e conspectu illico, He. 182.

Conspicor ; cur ergo in his ego te conspicor regionibus? Eu. 1061. — neque tam vesperi domum revortor, quin te in fundo conspicer fodere, Hea. 68.

Constabilio : tuam rem constabilisses, Ad. 775.

Constituo ; constitui cum quodam hospite, He. 195. — quod constitui me hodie conventurum eum, He. 437. — et is hodie venturum ad me constituit domum, Eu. 205. — nam illi mihi dotem jam constituerunt dare, Ph. 675. — aut quum venturam dixero et constituero, Hea. 726. — constitutæ nuptiæ, A. 269. — tempus constitutum, Eu. 541.

Constringo ; pro mœcho constringere, Eu. 992. — quadrupedem constringito, A. 867.

Consuefacio ; nihil prætermitto : consuefacio, Ad. 415. — ea ne me celet, consuefeci filium, Ad. 54. — consuefacere filium, sua sponte recte facere, Ad. 74.

Consuesco ; cum illa consuevit prius, Ad. 670. — cum ejus consuevit olim matre in Lemno clanculum, Ph. 872. — quicum tot consuesset annos, He. 555.

Consuetudo ; ut neque me consuetudo, neque amor, commoveat, A. 279. — me graviter consuetudo ejus tenet, He. 404. — parvæ consuetudinis causa, A. 110. — propter hujusce hospitæ consuetudinem? A. 440. — quotidianæ vitæ consuetudo, Hea. 283. — mitto rem : consuetudinem ipsorum, Ad. 824. — quam mox veniat, qui adimat hanc mihi consuetudinem, Ph. 161. — consuetudine, et conjugio liberali devinctus, A. 561. — vetere in nova cœpi uti consuetudine, He. 37. — antiqua consuetudine agitare, He. 92.

Consuetus, a, um ; ut consuetum facile amorem cerneres, A. 135.

Consulo ; pessume istoc in te atque in illum consulis, Hea. 437. — tun' consulis quidquam? Ad. 128. — quæ vos propter adolescentiam consulitis parum, Ad. 998. — recte ego consului meæ, He. 559. — post consulam, Ad. 987. — quod ad hanc rem opus est, porro consule, Ad. 336. — id oro te, in commune ut consulas, A. 549. — quid me fiat, parvi pendis, dum illi consulas, Hea. 715. — ut id consulerem, interea vita ut in tuto foret, Ph. 733. — illi certe, quæ nunc tibi domi est, consuleres, Ph. 468. — consulere in longitudinem, Hea. 965. — dum tempus consulendi est, He. 746. — cui de integro est potestas etiam consu-

Corrector; corrector! nempe tua arte viginti minæ pro psaltria periere, Ad. 746.

Corrigo; quod peccatum a nobis ortum est, corrigo, Ad. 595. — nisi quia correxit miles, quod intellexi minus, Eu. 736. — vobis corrigemus, te judice ipso, He. 254. — illud, quod cecidit forte, id arte ut corrigas, Ad. 745. — corrigere gnatum, A. 598. — consulitis parum, hæc reprehendere, et corrigere me, Ad. 999. — at si corrigitur, quot commoditates, vide, A. 570.

Corripio; modo me intro ut corripui timidus, He. 365. — corripui illico me inde lacrymans, He. 376. — corripuit derepente tacitus sese ad filiam, He. 518.

Corrumpo; facilitas corrumpit animos, He. 248. — prandium corrumpitur, Ad. 590. — hi (pisces) mihi ne corrumpantur, cautio est, Ad. 422. — sed vereor, ne mulier me absente hic corrupta sit, Hea. 231. — inveniet inopem potius, quam te corrumpi sinat, A. 397. — illum corrumpi sinis, Ad. 188.

Corruptela; corruptela liberûm, Ad. 797.

Cras; cras est mihi judicium, Eu. 338.—Thais maximo te orabat opere, ut cras redires, Eu. 533. — de argento, somnium: mox; cras redi, Ad. 205. — rus cras cum filio cum primo lucu ibo hinc, Ad. 844. — cras mane, Ph. 530.

Crassus; magnus, crassus, He. 440.

Cratinus; scin' Cratini, hujus ditis, ædes? Ad. 583. — ego Cratinum censeo, si tibi videtur. De. Dic, Cratine, Ph. 447, 448.

Creber, bra, brum; hæccine erant itiones crebræ? Ph. 1011.

Crebro; scortari crebro nolunt; nolunt crebro convivarier, Hea. 206. — ruri crebro esse, He. 215. — si clamorem ejus hic crebro audiat, He. 412.

Credibilis, le; hoccin' est credibile, A. 627.

Credo; quem ego credo manibus pedibusque obnixe omnia facturum, A. 161. — credo, impetrabo, A. 314. — quem ego nunc credo, me quærere, A. 342. — credon' tibi hoc? A. 498. — unde id scis? Da. Audivi, et credo, A. 512. — satis credo, si advigilaveris, A. 675. — credo: et id facturas, Davus dudum prædixit mihi, A. 842. — tuam inveniri gaudeo. Pa. Credo, pater, A. 941. — omnes nos gaudere hoc, Chreme, te credo credere. Ch. Ita me Di ament, credo, A. 949. — illam me credo haud nosse, A. 954. — credo, ut fit, misera præ amore exclusti hunc foras, Eu. 98. —num quidnam quod nolis, vides? Pa. Te. Gn. Credo, Eu. 272. — perpulchra credo dona, haud nostris similia, Eu. 468. — credo ei placere hoc, Eu. 520. — credo equidem illum jam adfuturum esse, Eu. 738. — nescio; nisi amasse credo Pamphilam, Eu. 826. — debeam, credo, isti quidquam furcifero, Eu. 861. — nihil tibi quidquam credo, Eu. 883. — non pol credo, Chærea, Eu. 900. — reddam hercle. Py. Credo, Eu. 1018. — gaudeo. Ch. Satis credo, Eu. 1050. — ita credo, Hea. 211, 688. — si hæc sunt vera, ita uti credo, Hea. 296. — credo, Hea. 400, 787; Ad. 977; Ph. 255, 609. — credo; neque id injuria, Hea. 581. — etsi incredibile est, credere? Credo, Hea. 625. — credo, id cogitasti, Hea. 641. — pudore et liberalitate liberos retinere satius esse credo,

me in illo credidisti esse hominum numero, Ad. 596. — me tum uxorem credidisti ducturum, Ad. 815. — alios tuam rem credidisti magis, quam tete, animadversuros? Ph. 467. — id sibi negoti credidit solum dari, A. 2. — quæ mihi suum animum, atque vitam credidit, A. 272. — quid isti credam? res ipsa indicat, Eu. 704. — quid ego, obsecro, huic credam, qui nihil dixit? Ph. 996. — dum amicam meam esse credet, non committet filiam, Hea. 714. — crede, inquam, hoc mihi, Pamphile, A. 410. — crede hoc meæ fidei, Eu. 897. — crede, inquam, mihi, Hea. 85. — crede, et nostrum te esse credito, Hea. 1036. — non est flagitium, mihi crede, Ad. 102. — crede hoc; ego meum jus persequar, Ad. 164. — crede mihi, gaudebis facto, Ph. 493. — quod illum facere credito, Hea. 577. — nostrum te esse credito, Hea. 1036. — aliquid credito, Phormio, esse causæ, Ph. 873. — oh! tibi ego ut credam, furcifer? A. 620. — mea consilia ut tibi credam omnia, Eu. 128. — sed quî istuc credam ita esse? He. 103. — quam eum esse graviter laturum credam, He. 261. — timeo, ne aliud credam, atque aliud nunties, He. 845. — factis ut credam, facis, He. 858. — sed, quî istuc credam ita esse, Ph. 854. — quid credas? A. 500. — ne vacuum esse me nunc ad narrandum credas, A. 708. — non te credas Davum ludere, A. 789. — hoc modo te obsecro, ut ne credas a me allegatum hunc senem, A. 901. — oro, ne quid credas me advorsum edictum facere esse ausam, Hea. 623. — ut nihil credas intelligere, nisi idem dictum sit centies, Hea. 882. — credas animum ibi esse, Hea. 1065. — quid credas jam? aut cui credas? Ad. 331. — aliquid moneat, ut illa, quæ te scire credas, nescias? Ad. 861. — immo etiam, hoc qui occultari facilius credas, dabo, He. 870. — immo etiam dabo, quo magis credas, Ph. 877. — cave isti quidquam credas, Ph. 992. — vel hoc quis non credat, qui norit te, abs te esse ortum? A. 490. — ut per me stetisse credat, A. 701, 703. — ut, quum narret senex voster nostro, istam esse amicam gnati, non credat tamen, Hea. 712. — qui imperium credat gravius esse, aut stabilius, Ad. 66. — ipsum id metuo, ut credant, Ad. 630. — exple animum iis, ut credant, He. 788. — ne conficere credant argentum suum, Ph. 838. — non impulit me, hæc nunc omnino ut crederem, A. 525. — si istuc crederem sincere dici, Eu. 176. — nec quum male facerem, crederem mihi impunius licere, Hea. 560. — ni nossem causam, crederem vera hunc loqui, Ph. 278. — sumeret alicunde. Ge. Hui! dixti pulchre, siquidem quisquam crederet, Ph. 302. — per ego te Deos oro, ut ne illis animum inducas credere, A. 836. — nos gaudere hoc, te credo, credere, A. 949. — credere omnem exercitum, consilia, Eu. 402. — quid? illicone credere ea, quæ dixi, oportuit te? Eu. 1011. — principio ego vos credere ambos hoc mihi vehementer velim, Eu. 1068. — nec tibi ille est credere ausus, quæ est æquum patri, Hea. 156. — vin' me istuc tibi, etsi incredibile est, credere? Hea. 624. — fac ut audeat tibi credere omnia, Hea. 927. — quandoquidem hoc nunquam mihi ipse vo-

nit, He. 228. — illius dices culpa factum, He. 232. — me uxorem in culpa inventurum arbitror, He. 299. — neque mea culpa hoc discidium evenisse, id testor! He. 476. — reperire mulierem, quæ careat culpa? He. 663. — nam is quidem in culpa non est, He. 700. — sua culpa ut sciat factum me esse acerrimum, Ph. 261. — nostrapte culpa facimus, ut, Ph. 765. — minus queo viri culpa, quam me dignum est, Ph. 786.

Culpo ; quod qui rescierint, culpent, Eu. 387.

Cum (præpos.); cum quibus erat cumque una, A. 63. — satis cum periclo, A. 131. — abin' hinc in malam rem cum suspicione isthac, A. 318. — cum eo injuriam hanc expostulem? A. 641. — habere studeat cum summo probro? A. 883. — dignus es cum tua religione, odio, A. 943. — egon' quidquam cum istis factis tibi respondeam? Eu. 153. — quis est tam potens cum tanto munere hoc? Eu. 353. — roget quis, quid tibi cum illa? Eu. 296. — ecquis cum ea una? Eu. 308. — nolo me in via cum hac veste videat, Eu. 906. — Clitipho cum spe pendebit animi, Hea. 727. — ut te quidem omnes Dii, Deæque, quantum est, Syre, cum tuo istoc invento, cumque incepto perduint! Hea. 811. — hoc tu facito: cum animo cogites, Ad. 502. — quod cum salute ejus fiat, Ad. 521. — qui cum illa consuevit prius, Ad. 670. — quid nobis cum illis? Ad. 682. — ut, Syre, te cum tua monstratione magnus perdat Jupiter! Ad. 717. — ne cum poeta scriptura evanesceret, He. 13. — si cum illo habuerit rem postea, He. 718. — et si tibi res sit cum eo lenone, Ph. 171. — ni hæc ita essent, cum illo haud stares, Ph. 269, 465. — cum illo ut mutet fidem, Ph. 511. — inter vos sic hæc potius cum bona ut componantur gratia, quam cum mala, Ph. 620, 621. — parce, sodes, ut possis cum illa, Ph. 793; et passim alibi.

Mecum ; egomet continuo mecum: certe captus est! A. 82. — ne te oblectes: mecum tota sis, Eu. 195. — id equidem adveniens mecum stomachabar modo, Eu. 323. — ait, rem seriam velle agere mecum, Eu. 514. — ipsa accumbere mecum, Eu. 516. — occepi mecum cogitare, Eu. 636. — pergin', scelesta, mecum perplexe loqui? Eu. 816. — dum illum modo habeam mecum, Hea. 466. — mecum una simul, Hea. 908. — hæc fratri mecum non conveniunt, Ad. 59. — quid tibi rei mecum est, Ad. 178. — testis mecum est annulus, quem amiserat, Ad. 348. — qui minus mihi idem jus æquum est esse, quod mecum est tibi? Ad. 805. — sed ut tacita mecum gaudeam, He. 107. — ubi hoc cognoverit, non posse se mecum esse, He. 156. — hanc abere orationem mecum instituit, He. 381. — etiam mecum litigas? He. 507. — redi mecum in memoriam, Ph. 801. — itane mecum agitis? Ph. 967; et alibi passim.

Nobiscum ; ut nobiscum esset hodie, Hea. 185. — et tu nobiscum una, si opus sit, Ad. 757.

Quicum ; quocum. Quicum? Do. Cum Parmenone, Eu. 698. — quicum res tibi est, peregrinus est, Eu. 758. — quicum loquitur filius? Hea. 178. — is, quicum exposita est gnata, Hea. 615. — psaltriam, si Dis placet, paravit quicum vivat,

D.

de uxore, nihil mutat Chremes, A. 951. — purgon' ego me de istac Thaidi? Eu. 434. — ecquid nos amas de fidicina istac? Eu. 457. — illud de Rhodio dictum in mentem venit, Eu. 498. — in hunc diem ut de symbolis essemus, Eu. 540. — consilium rectum est de occludendis ædibus, Eu. 783. — quid de te tantum meruisti? Hea. 83. — si mihi secundæ res de amore meo essent, Hea. 230. — quanta de spe decidi! Hea. 250. — hic de nostris verbis errat videlicet, Hea. 263. — de integro, Hea. 674. — indicio de se ipse erit, Ad. 4. — obsonat? potat? olet unguenta? de meo, Ad. 118. — de argento, somnium, Ad. 205. — lætus est de amica, Ad. 254. — hercle hic de grege illo est, Ad. 363. — adortus jurgio fratrem de Psaltria istac, Ad. 406. — de istoc ipse viderit, Ad. 438. — de Psaltria hac audivit, Ad. 452. — immo de nocte censeo, Ad. 845. — de te largitor, puer, Ad. 944. — adparare de die convivium, Ad. 970. — de te peccando detrimenti nihil fieri potest, He. 233. — adii te heri de filia, He. 251. — tibi causa est de hac re, He. 625. — nullam de his rebus culpam commeruit tua, He. 631. — post de matre videro, He. 700. — non hoc de nihilo est, quod, He. 727. — meritus de me est, He. 760. — quia non audisti, de hac re animus meus ut sit, He. 786. — erat ei de ratiuncula apud me reliquum, Ph. 36. — ibi agrum de nostro patre colendum habebat, Ph. 364. — verum istoc de nomine, eo perperam olim dixi, Ph. 743. — de jurgio siletur, Ph. 777.

Dea; ut illum Di, Deæque senium perdant! Eu. 302. — ut te omnes Dii, Deæque, quantum est, perduint! Hea. 810. — ita Di, Deæque faxint! He. 102. — at te Di, Deæque perduint! He. 134. — ut te omnes Di, Deæque perdant! Ph. 686. — malum, quod isti Di, Deæque omnes duint! Ph. 975.

Deambulatio; me hæc deambulatio ad languorem dedit! Hea. 806.

Deambulo; abi deambulatum. Cl. Deambulatum! quo? Hea. 587.

Deamo; deamo te, Syre, Hea. 825.

Debacchor; si satis jam debacchatus es, leno, audi, si vis, nunc jam. Sa. Egon' debacchatus sum autem, an tu in me? Ad. 185, 186.

Debeo; ego, Pamphile, hoc tibi pro servitio debeo, A. 677. — qui dissolverem, quæ debeo, Ph. 655. — quod tibi dixi de argento, quod ista debet Bacchidi, Hea. 791. — quid, si animam debet? Ph. 660. — conveniet numerus, quantum debui, Ph. 53. — quodne ego perscripsi porro illis, quibus debui? Ph. 922. — debeam, credo, isti quidquam furcifero, si id fecerim, Eu. 860.

Debilis; membra metu debilia sunt, Ad. 615.

Decedo; de summa nihil decedet, Ad. 820. — decedet jam ira hæc, He. 505. — qui nuper fecit servo currenti in via decesse populum, Hea. 32.

Decem; vix, inquit, drachmis est obsonatus decem, A. 452. — dos, Pamphile, est decem talenta, A. 953. — jam ancillas secum adduxit plus decem, Hea. 451. — decem minas, quas mihi dare pollicitus est, Hea. 724. — minas quidem jam decem habet a me filia, Hea. 835. — decem dierum vix mihi est familia, Hea. 910. — mi-

sese dedere, A. 63. — habebam alibi animum amori deditum, He. 294. — quasi dedita opera domi erant, Eu. 840.

Deduco; uxorem deducit domum, He. 135. — deducunt cibum, Eu. 315. — cito hunc deduce ad militem, Eu. 538. — domum, ut mancipia hæc deducam ad Thaidem, Eu. 364. — huc proviso, ut, ubi tempus siet, deducam, Eu. 395. — sed cesso ad Thaidem hanc deducere? Eu. 266. — neque is deductus etiam dum ad eam, Eu. 570. — qui ad vos deductus hodie est, Eu. 677. — ad nos deductus hodie est adolescentulus, Eu. 686. — pro te huc deductus est? Eu. 707. — illo Eunucho ad Thaidem deductus est, Eu. 990. — huc deducta est ad meretricem Thaidem, Eu. 352. — an id flagitium est, si in domum meretriciam deducar? Eu. 383. — fac, ita ut jussi, deducantur isti, Eu. 207. — ut pro illo jubeam me illuc deducier, Eu. 572. — an tu hunc credidisti esse, obsecro, ad nos deductum? Eu. 680. — in cubiculum iri deductum, Ad. 698.

Defatigo; ne te adolescens mulier defatiget, Ph. 793. — ita se defatigarit, velim, ut, Ad. 521. — deceptus sum, at non defatigatus, A. 671. — opus, faciam ut defatiger usque, Eu. 14.

Defendo; summa vi defendam hanc, Ad. 494. — æquum fuit id defendere, Ad. 679. — defendenda noxia, Ph. 225. — defendenda causa, Ph. 266.

Defensor; arbitror, jam aliquem esse defensorem ei, A. 815. — defensorem paro, Eu. 769.

Defero; quin egomet jam ad eam deferam, Hea. 799. — jam argentum ad eam deferes, Hea. 822. — mox deferent puerum huc ante ostium, A. 508. — cape hoc argentum, ac defer, Hea. 831. — sin lenis est, ad alium defertur gregem, Hea. 45. — epistolam audivi ad portitores esse delatam, Ph. 150.

Deferveo; sperabam jam defervisse adolescentiam, Ad. 153.

Defetiscor, *defessus;* neque adeo defetiscar unquam experirier, donec, Ph. 588. — defessus sum ambulando, Ad. 717. — non queo: ita defessus sum, He. 443. — ambo defessi sumus, Ad. 214. — defessa jam sum misera te ridendo, Eu. 1007.

Deficio; sed ea causa nihilo magis defecimus, Ph. 472. — si quid deficies, Ph. 230.

Defit; nihil quum est, nihil defit tamen, Eu. 243. — aliis, quia defit, quod amant, ægre est: dolet, Ph. 162. — nihil apud me tibi defieri patiar, He. 769.

Defraudo; vid. voc. seq.

Defrudo; etiam insuper defrudet? Ad. 247. — suum defrudans genium, Ph. 44.

Defugio; nunquam defugiam auctoritatem, Eu. 390.

Defungor; defunctus jam sum, Eu. 15. — utinam hoc sit modo defunctum! Ad. 510. — cupio misera in hac re jam defungier, Ph. 1020.

Dego; ut cum uno ætatem degeret? Ph. 417. — diem perpetuum in lætitia degere, Ad. 524.

Dehinc; dehinc ut quiescant, porro moneo, A. 22. — Dehinc postulo, sive æquum est, te oro, ut, A. 190. — dehinc, ne frustretur ipse se, Eu. 14. — deleo omnes dehinc ex animo mulieres, Eu. 296. — nunc dehinc spero æternam inter

rum, dico quod videtur, Hea. 582. — eum (annulum) dico, ut una cum puella exponeret, Hea. 651. — non hercle vero: verum dico, Hea. 766. — ita dico, Hea. 939. — hæc quum illi, Micio, dico, tibi dico, Ad. 98. — non, quia ades præsens, dico hoc, Ad. 394. — haud equidem dico, mi Laches, He. 232. — quæ dico, parvi pendunt, He. 513. — quid ais Myrrhina? heus! tibi dico, He. 523. — jam dudum dixi, idemque nunc dico, Lache, He. 722. — non causam dico, quin, Ph. 272. — hem! non dico, Ph. 388. — omnia hæc illum putato, quæ ego nunc dico, dicere, Ph. 424. — sic habent principia sese, ut dico, Ph. 479. — nescio: verum, si forte, dico, Ph. 774. — sic erit. Non temere dico, Ph. 801. — quando hoc nihil est, quod ego dico, Ph. 999. — recte dicis, A. 364; Eu. 612. — male dicis? A. 756. — ah, nihil dicis, Parmeno, Eu. 221. — hoc nunc dicis, ejectos hinc nos, Eu. 275. — sane hercle, ut dicis, Eu. 607. — de fallacia dicis? st! Hea. 597. — gnatus quod se assimulat lætum, id dicis, Hea. 889. — verum dicis, Hea. 995. — ita pol est, ut dicis, Ad. 299. — pro certon' tu istæc dicis? Ad. 479. — et recte, et verum dicis, Ad. 611. — non æquum dicis; non, Ad. 807. — non verisimile dicis, He. 140. — quæ dicis, omnia esse, ut dicis, animum induco, He. 264. — si vera dicis, nihil tibi est a me pericli, mulier, He. 736. — ita ut dicis, Ph. 396. — dicis, quod mali est, Ph. 697. — benigne dicis, Ph. 1050. — quid dicit? A. 403. — dum hæc dicit, abiit hora, Eu. 341. — mirum, ni hanc dicit, modo huic quæ data est dono, Eu. 344. — credis huic quod dicit? Eu. 704. — mirum, ni tu credis quod iste dicit, Eu. 710. — scin' tu hanc, quam dicit sordidatam et sordidam? Hea. 297. — verum hic dicit, Hea. 319; Ph. 544. — recte dicit. Censeo, Hea. 588. — quæ in te uxor dicit irata, Ad. 30. — nec nihil, neque omnia hæc sunt, quæ dicit, Ad. 142. — dicitque sese illi annulum, dum luctat, detraxisse, He. 830. — ubi dicimus redisse te, Hea. 304. — quidquid dicunt, laudo, Eu. 251. — verum illud, Chreme, dicunt, jus summum sæpe summa malitia est, Hea. 796. — quod isti dicunt malevoli, Ad. 15. — profecto hoc vere dicunt, Ad. 28. — omnes bene dicunt, amant, Ad. 869. — non ego dicebam, in perpetuum illam illi ut dares, Hea. 781. — tu illis fruare commodis, quibus tu illum dicebas modo, Eu. 372. — matris nomen et patris dicebat ipsa, Eu. 112. — Parmeno dicebat eum esse, Eu. 700. — qui se in sui gremio positurum puerum dicebat patris, Ad. 334. — Phædrum, aut Cliniam, dicebant, A. 87. — soror, quam dixi, A. 130. — hodie uxorem ducas, ut dixi, volo, A. 419. — eadem hæc, quæ tibi dixi, dicam itidem illi, A. 601. — an non dixi hoc esse futurum? A. 623. — postquam me amare dixi, complacita est tibi, A. 647. — nihil, pol, falsi dixi, mi senex, A. 790. — quo pacto Rhodium tetigerim in convivio, numquid tibi dixi? Eu. 421. — illicone credere ea, quæ dixi, oportuit te? Eu. 1011. — dixin' ego in hoc inesse vobis Atticam elegantiam? Eu. 1092. — hac quidem causa, qua dixi tibi, Hea. 87. — Ah! quid dixi habere

Ad. 238. — an quidquam pro istis factis dignum te dici potest? He. 209. — discidio dignum, He. 783. — dignum autem hoc illo est? Ph. 373. — cujus de stultitia dici, ut dignum est, non potest, Ph. 402. — si tu illam attigeris secus, quam dignum est, liberam, Ph. 438. — minus queo viri culpa, quam me dignum est, Ph. 786. — at tibi Di dignum factis exitium duint! A. 668. — non te dignum, Chærea, fecisti, Eu. 863. — tuis dignum factis feceris, Ph. 430. — nihil est Thaide hac tua, frater, dignius, quod ametur, Eu. 1050.

Digredior; nos nostro officio nihil digressos esse, Ph. 721.

Dijudico; ego dicam, quod mihi in mentem: tu dijudica, Hea. 988. — aliena ut melius videant, et dijudicent, quam sua? Hea. 504. — pergin' istuc prius dijudicare, quam scis, quid veri siet? Hea. 237.

Dilapido; priusquam dilapidet nostras triginta minas, Ph. 896.

Diligenter; at diligenter. Pa. Fiet, Eu. 207. — quid tum? ut diligenter nunties patri, Eu. 339. — diligenter, Pythias, fac cures, Eu. 500. — ehem, curate istam diligenter virginem, Eu. 505. — satis ut meæ domi curetur diligenter, He. 257.

Diligentia; obscura diligentia, A. 21. — et diligentiam vestram, et benignitatem novi, He. 263.

Diligo; solus est, quem diligunt Di, A. 975. — illum diligunt, Ad. 877. — te in germani fratris dilexi loco, A. 292. — non pol, quo quemquam plus diligam, eo feci, Eu. 96. — ab Dis solus diligere, Ph. 853.

Dilucide; dilucide expedivi, Ph. 399.

Dimidius, a, um; dedit in sumtum dimidium minæ, Ad. 370. — vix dum dimidium dixeram, intellexerat, Ph. 593.

Diminuo; diminuam ego caput tuum, Eu. 802. — diminuetur tibi quidem jam cerebrum, Ad. 573.

Dimitto; jam dimitto exercitum? Eu. 813.

Dinumero; dinumeret viginti minas, Ad. 919.

Dionysia; Dionysia hic sunt hodie, Hea. 162. — apud eum miles Dionysia agitat, Hea. 733.

Diphilus; ΣΥΝΑΠΟΘΝΗΣΚΟΝΤΕΣ Diphili Comœdia est, Ad. 6.

Diruo; Sy. Quid ago? De. Dirue, Ad. 920. — hanc in horto maceriam jube dirui, A. 912.

Dis (dives); dis quidem esses, ac tuam rem constabilisses, Ad. 774. — scin' Cratini, hujus ditis, ædes? Ad. 583. — dicam, hanc esse captam ex Caria, ditem et nobilem, Hea. 609. — in servitutem pauperem ad ditem dari, Ph. 652. — maxume dites, Ad. 504.

Discedo; denique ita tum discedo ab illo, ut, A. 148. — immo vero pulchre discedo, Ph. 1046. — modo ut hoc consilio possiet discedi, ut istam ducat, Ph. 772.

Discessio; si eveniat discessio, A. 569.

Discidium; valeant, qui inter nos discidium volunt, A. 699. — neque mea culpa hoc discidium evenisse, id testor Deos! He. 476. — profecto in hac re nihil mali est, quod sit discidio dignum, He. 783.

Discindo; vestem omnem miseræ discidit, Eu. 646. — discidit vestem? resarcietur, Ad. 121. — hem! vide, ut discidit labrum, Ad. 561.

Disciplina; disciplina est eisdem,

dabit, Hea. 402. — ut sit satius perdere, quam hic manere tam diu, Ad. 236. — satis diu dedisti verba, Ad. 624. — neque enim diu huc commigrarunt, Ad. 653. — ubi te oblectasti tam diu? He. 84. — quæ (ira) tam permansit diu, He. 305. — nosne hoc celatos tam diu? He. 645. — ut mihi liceat tam diu, quod amo, frui, Ph. 165. — tibine hæc diutius licere speras facere? Hea. 102. — quanto diutius abest, magis cupio tanto, Hea. 424. — nihil est, illic quod moremur diutius, Hea. 834. — quam decrerim me non posse diutius habere, He. 148. — ne orata nostra nequeat diutius celare, He. 575. — non potest celari nostra diutius jam audacia, Ph. 182. — postquam videt me ejus mater esse hic diutius, Ph. 568.

Diutinus, a, um; mansiones diutinæ, Ph. 1011.

Diverse, vel *Divorse;* curæ meum animum divorse trahunt, A. 260.

Diverticulum; ad ipsum veni diverticulum, Eu. 635.

Dives, divitior; qui sæpe propter invidiam adimunt diviti, Ph. 276. — hi qui minus habent, ut semper aliquid addant divitioribus, Ph. 42.

Divido; non sat commode divisa, A. 477.

Dividuus, a, um; dividuum face, Ad. 242.

Divino; plane hic divinat, He. 696.

Divinus, a, um; ait, rem divinam fecisse, Eu. 513. — a matre arcessi ad rem divinam, He. 184.

Divitiæ; parere divitias, A. 799. — amicos, genus, cognatos, divitias, Hea. 194. — quasi is non divitiis abundet, Hea. 527.

Divus; pro Divum fidem! Ad. 750.

Do; nunc id operam do, A. 157. — te isti virum do, A 295. — hanc tibi dono do, Eu. 748. — quum tibi do istam virginem, Eu. 791. — do fidem, futurum, Eu. 1059. — quum (puellam) exponendam do illi, Hea. 650. — huic equidem consilio palmam do, Hea. 709. — at ego illi neque do, neque despondeo, Hea. 779. — facio sedulo: do, prætermitto, Ad. 51. — fidem do: loquere, He. 114. — maxume volo, doque operam, ut, He. 396. — sin fidem do, Ph. 491. — sexcentas scribito jam mihi dicas. Nihil do, Ph. 668. — quando illud, quod tu das, expectat, atque amat, Eu. 447. — si mihi fidem das, te tacituram, dicam, He. 113. — quid das consilii? He. 715. — itane obstinate operam dat, ut? A. 243. — hanc mihi in manum dat, A. 297. — uxorem tibi non dat jam Chremes, A. 353. — huic prorsus illam non dat. Da. Quasi necesse sit, si huic non dat, te illam uxorem ducere, A. 372, 373. — si id succenseat nunc, quia non dat tibi uxorem Chremes, A. 377. — num solus ille dona dat? Eu. 163. — dat mihi, ut auferam, Eu. 627. — habet quod det, et dat nemo largius, Eu. 1077. — ille operam amico dat suo? Ch. Immo quod amicæ. Me. Si dat, Hea. 911, 912. — is si dat, sat est, Ph. 603. — prius quam hæc dat veniam, Ph. 1035. — facile omnes, quum valemus, recta consilia ægrotis damus, A. 310. — quantum tibi opis Di dant, Hea. 592. — ut res dant sese, He. 380. — si illam dant, hanc ut mittam, Ph. 674. — alium

He. 127. — age, age; jam ducat: dabo, Ph. 661. — fac ut illam ducat, nos quam volumus, Ph. 670. — illis repudium renuntiet. hanc ducat, Ph. 677. — modo ut hoc consilio possiet discedi, ut istam ducat, Ph. 772. — exorassem, ut eam ducerem, Ad. 633. — nec te quivit hodie cogere, illam ut duceres, A. 656. — egi, atque oravi tecum, uxorem ut duceres, He. 686. — tun' hanc duceres, si tibi data esset? Ph. 931. — seque ante, quam eam uxorem duxisset domum, sperasse, He. 146. — emoriar, si non hanc uxorem duxero, Eu. 887. — ut te arbitretur sibi paratum mœchum, si illam duxerit, A. 317. — si propter amorem uxorem nolit ducere, A. 155. — quasi necesse sit, si huic non dat, te illam uxorem ducere, A. 373. — sed si tu negaris ducere, ibi culpam in te transferet, A. 380. — si te dices ducere, A. 412. — negabon' velle me, modo qui sum pollicitus, ducere? A. 615. — etiam nunc me ducere istis dictis postulas? A. 646. — vis me uxorem ducere? hanc vis amittere? A. 900. — dixit velle uxorem ducere, Ad. 152. — ut liceret sibi hanc uxorem ducere, Ad. 335. — hanc te æquum est ducere. Mi. Me ducere autem! Ad. 937, 738. — nam vestrarum nulla est, quin gnatum velit ducere uxorem, He. 241. — in ludum ducere, et reducere, Ph. 86. — eam ducere cupiebat, Ph. 117. — illos ducere eadem hæc lex jubet, Ph. 126. — volui uxorem ducere, Ph. 650. — quia ne alteram quidem illam potero ducere, Ph. 915. — herilem filium ejus duxisse audio uxorem, Ph. 39. — tua præteriit jam ad ducendum ætas, Ph. 423. — dic te ducturum, A. 384. — hic nunc non dubitat, quin te ducturum neges, A. 406. — scio equidem illam ducturum esse te, A. 661. — nunquam destitit instare, ut dicerem, me esse ducturum patri, A. 663. — jurans se illam ducturum domum, Ad. 474. — me tum uxorem credidisti, scilicet, ducturum, Ad. 816. — nunquam illa viva ducturum uxorem domum, He. 62. — nec opinantes duci falso gaudio, A. 180. — multo rectius est, quam illam puerperam nunc duci hoc per viam ægrotam, Ad. 925. — uxor tibi ducenda est, Pamphile, hodie, A. 254. — quandoquidem ducenda est, egomet habeo propemodum, quam volo, Hea. 1066. — ducenda indotata est? Ad. 733. — uxor ducenda est domum, Ph. 692. — si argentum acceperit, ducenda est uxor, Ph. 699.

Ducto; ut meam ductes gratiis? Ph. 499. — tu inter eas restim ductans saltabis, Ad. 756.

Dudum; dudum nonnihil veritus sum, Dave, abs te, A. 584. — quæ tu dudum narrasti mihi, A. 593. — cum patre altercasti dudum, A. 655. — beneficium verbis initum dudum, A. 826. — Davus dudum prædixit mihi, A. 842. — quasi ego, quam dudum, rogem, A. 852. — ita visus est dudum, Eu. 683. — quam dudum? Do. Modo, Eu. 697. — formosior videre mihi, quam dudum! Eu. 730. — quod dudum tecum egi, Hea. 595. — de illo quod dudum? Hea. 760. — quia dudum tu tantopere jusseras, Hea. 786. — usque id egi dudum, dum loquitur pater, Hea. 985. — bene et sapienter dixti dudum, Ad. 957. — dixtin'

A. 335. — dum efficias id, quod cupis, A. 827. — quod ut efficerem, orando surdas aures reddideras mihi, Hea. 330. — argentum effecero, Hea. 584. — donec tibi id, quod pollicitus sum, effecero, Ph. 589. — hoc si effeceris, Eu. 1055. — quid est, quod tibi mea ars efficere hoc possit amplius? A. 31. — vis, quod des illi, effici, Hea. 322. — hoc ego tibi profecto effectum reddam, A. 705. — quin effectum dabo, Eu. 212. — aliquo pacto efficiundum tibi, A. 886.

Effluo; utrumque hoc falsum est: effluet, Eu. 121.

Effodio; oculi illico effodientur, Eu. 739.

Effringo; fores effregit, atque in ædes irruit alienas, Ad. 89. — fores effregit? restituentur, Ad. 121. — non est flagitium, adolescentulum fores effringere, Ad. 104.

Effugio; misera huc effugi foras, Eu. 944. — affinitatem effugere, A. 247. — nuptias effugere, A. 333. — maculam effugere, Ad. 959. — sine me, obsecro, hoc effugere, He. 600.

Effundo; effundite, emite, facite, quod vobis lubet, Ad. 996.

Effutio; ne vos forte imprudentes foris effutiretis, Ph. 745.

Egeo; cepi rationem, ut neque egeres, neque, Hea. 966. — tum ille egens, forte applicat primum ad Chrysidis patrem se, A. 926. — quum hinc egens profugiet aliquo militatum, Ad. 385. — egens relicta est misera, Ph. 357. — — anus deserta, egens, ignota, Ph. 750.

Egestas; hæc non sivit egestas facere nos, Ad. 105. — vis, egestas, injustitia, solitudo, infamia, Ad. 304. — quod ut facerem, egestas me impulit, Ph. 732. — propter egestatem, proximo jussa est dari, Ph. 416. — coactum egestate ingenium? A. 275.

